

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9280

Auteur(s) : Robert de Vitré [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1161, 1 avril

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert de Vitré donne à l'abbaye de Savigny une terre à Pont-Pellerin.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 969, n° 403.

Éditions principales

a. MORICE Hyacinthe, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne, tirés des archives de cette province, de celles d'Angleterre, des recueils de plusieurs sçavans Antiquaires, et mis en ordre, Paris, Imprimerie Charles Osmont, 1742-1746, 3 vol, t. 1, col. 635 (copie partielle).

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XXXIII)

Texte d'après A

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Notum sit omnibus sancte fidelibus ecclesie tam futuris quam presentibus quod ego Robertus dominus Vitreii concedente Andrea filio meo et Emma matre mea et Emma uxore mea pro salute anime mee et patris et avi atque fratris mei Andree necnon et omnium antecessorum atque successorum nostrorum do et concedo ecclesie et monachis Sancte Trinitatis de Savigneio in puram et perpetuam elemosinam liberam penitus et quietam et ab omni servicio et exactione seculari et consuetudine ab ordine cisterciensi aliena absolutam totam terram que incipit a Ponte Pegrinorum et vadit per rivum profundum usque ad caput Brolii Faiel et ab inde per mediam Booleiam sicuti ego ipse signavi cum ense meo usque ad caput Tulche que vocatur les Aleoz et inde per viam Redonensem usque ad Baatam et a Baata per viam que ducit Castelburch usque ad supradictum Pontem Pegrinorum insuper et ex altera parte ejusdem vie versus vicenomam quicquid ad forestam meam et dominicum meum pertinere dinoscitur. Concedo etiam predictis Savigneii monachis facere sibi et molendinum et stagnum inter Pontem Pegrinorum et Brolium Faiel. Concedo etiam XII denarios quos habebam de mangerio in ea particula terre mee de Verneia juxta Tysi (?) quam ipsi monachi habent a filiis Mainonis filii de Liee et hominibus eorum et ipsam terram liberam penitus et quietam in perpetuum predictae ecclesie et monachis concedo. Hanc autem elemosinam meam ita liberam et quietam esse volo atque precipio quod nichil in ea michi vel successoribus meis pristini juris retineo nichil omnino expecto nisi eternam a Christo remunerationem et contra omnes impugnatores ipsius elemosine firmam defensionem. Siquis ergo in posterum heredum meorum eandem elemosinam diminuere violare

seu habitantes in ea vexare presumserit et divinam maledictionem et sempiternam eis imprecor dampnationem. Actum anno ab Incarnatione Domini M^oC^oLX^oI^o kal aprilis. Testbus magistro Roberto filio Philippi, Raginaldo Amalri, Roberto de Serigni, Roberto de Landavreno, Babino Buissun, Hervino de Cornilaleio, Britone de Erbreia, Guillelmo Belengario, Roberto de Ria. Hec insuper Alexandro abbate Savigneii et Hamone de Landacob et Henrico de Lineriis et Gaufrido subpriore et Guillelmo de Neth monachis Savigneii.